



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae Historiae Decas Prima

Martini, Martino

Monachii, 1658

Vigesimus Imperator Quangus Imperavit annis VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11848

DECIMUSNONUS IMPERATOR
H I A N G U S.

Imperavit annis VI.

TAli ergo statu imperij, potestas à S I A N G O patre ad H I A N G U M devoluta, habitaque perquam moderatè: quippe Imperator erat exemplum innocentia, bonus in primis & sapiens. Cyclo 35. anno
40. ante Christum
612.
Hinc accurata illa cautio, uti de eo scriptum invenio, in agendo, ne quà deerraret à recto, aut aliquid inconcinnum admitteret. Subditis gratus, & charus omnibus, omnes, quæ Imperatorem decent, virtutum titulos implevit.

VIGESIMUS IMPERATOR
Q U A N G U S

Imperavit annis VI.

QUANGUS in imperium simul, ac virtutes S I A N G I patris successit; Sinis in dictis factisque fidus magnanimus ac generosus dictus. Vnde illi Q U A N G O nomen, quod clarissimum sive splendidum significat. Cyclo 35. anno
40. ante Christum
612.

Ultimum ejus annum C H A O X U N I U S Præfectus L I N G C U N G I cæde funestavit. Rex C I N erat; cui S I A N G C U N G U S regis proximè superioris frater ex Imperatoris, cui serviebat, accitus aulâ, subrogatus est. L I N C U N G U M memorant initio principatûs nequissimum, & inde odium publicum populi fuisse; sine dubio malè providentem regno, & cui nulla subditorum cura. Quâ de re monitus à dynastâ quodam affine suo, tantum abfuit, ut fleeteret se, ut etiam necem bene suadenti strueret impatiens consilij. Facinori patrandò missus M I T I U S, quibusvis promptus ausis, ad affinem invisendi specie. Qui palatium summo manè ingressus ad quærendam cædis occasionem, ubi venit in aulam principem; ecce tibi! regem jam in throno sedentem videt, subditorum causas cogniturum. Hic attonitus rei novitate

Amer civis
& justitia vi-
tam Imperato-
ri servat.

novitate atque audaciâ in venerationem versâ subsistens hæc secum. Hinc enim verò cura sunt subditorum commoda, huic sceptrâ mensurâ commissâ, qui eis non ad luxum, ut multi, sed ad civium salutem moderatur. Egone optimi hominis cruore impias manus imbuam? egone perduellis fiam? nam quo pacto hujus criminis infamiam à me avertam optimo rege occiso? At si regis mei non exequor imperium; audacia, quæ adhuc in honore fuit, muliebris pavoris probro vapulabit: mihi certum regis odium paratum, ut infido, ut inobsequenti. Horum enim duorum alterum effugere non possum, ut non aut impius sim, aut non parendo infidus. In tam ancipiti rerum articulo quò me vertam? præstat omnino non vivere, quàm aut impietatis, aut perfidia notâ maculari. Simul his fixus finem vitæ suæ imposuit. LINCUNGUS autem etsi mores suos paululùm mutavit in melius; ob antiqua tamen scelera cecidit à suomet Præfecto, ut est expositum.

VIGESIMUS PRIMUS IMPERATOR TINGUS.

Imperavit annis XXI.

*Cyclo 38. anno
52. ante Christi-
annum 606.*

TINGUS QUANGI frater abhorruit à bellis, & contentionibus quàm qui maximè; in populorum rectionem, curamque legum imprimis intentus. TINGUS inde appellatus, quod constantem solidumque sonat. Hoc imperante ZUUS rex conscripto ingenti exercitu, specie LOHOENIUM CUO regionis dynastam, ut Imperatori rebellem, armis petendi, reverâ ut hac occasione oppressum Imperatorem pellat è regno, ad confinia usque regie urbis pervenit. Ad eum salutandum Imperator legatum mittit SUNMONIUM cum mandatis, ut dimisso exercitu domum redeat. Erat SUNMONIUS vir constans imprimis & imperterritus. Hunc ergò venientem, tanquam Imperatoris legatum ZUUS magno exceptum honore, quò solertiùs tegeret animum suum, inter colloquendum fortè de Imperatoris vasis eorum mensurâ ac magnitudine interrogat. Erant fusa, ut diximus, ab YO Imperatore vasa novem; in quibus totius Sinæ descriptio continebatur,

*Legatus præs-
denti oratione
perduse lionem
tollit.*